



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 18. Impia impœnitentium oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

terrena & creata fragiliq; Maiestate colenda ac deprecanda detestamur, multi cum ad increatam creatricem Maiestatem veniunt oratum, usurpant. Victoriā, opes, securitatem, pacem, incolumitatē precantur; clades, rapinas, exilia, carceres, seruitutem, mortem deprecantur: nec impios tamen affectus, malamq; voluntatem delinquendi, qua se Deo inimicos esse norunt, animo excutiunt. Cetera mala fugiunt, summum malum, quod in Dei odio cernitur, contumaciter retentant; cetera bona concupiscunt, summum bonum, quod in Dei amicitia consistit, abominantur. Audiamus, obsecro, qualis sit in auribus Dei Sabaoth oratio eorum, qui flagellantur, nec tamen pœnitentiam agunt, sed in delictis contabescunt, & obdurantur.

§. XVIII.

Impia impœnitentium oratio.

Magne Deus, Domine exercituum, triumphator, immitte hostibus pauorem & fugam, nobis victoriā concede; hoc inimicus tuus peto, affectu, aut etiam factō in odio tui perseverans; victoria munus tuum, quod postulo, me inclytum & gloriosum faciat; ne tamen in altum elatus inferiores opprimere, arroganterq; calcare desinam; quin & nomen tuum blasphemare pergam. Nec enim hæc mea facta detestor;

stor; nec emendandi propositum habeo, etiam
Principi meo obstare conor, ne legibus crimina
ulciscatur. Vis aliud orationis paradigma?
Deus refugium meum ☩ virtus, da securita-
tem, ne perpetuo in metu ☩ trepidatione anxi-
am cogar animam habere. Securitatem ab ho-
ste; securitatem huius mundi: da hoc inimico
tuo, ut sine metu fruatur delicijs, ne voluptates,
quibus immersus hareo, quas eripi mihi, etiam
te iubente, nolo, infastus calamitatum nuntijs
turbentur. Deus pacis amator ☩ conciliator,
bella aufer de medio, cessent pradae, ineen-
dia, cades; da inimico tuo, mihi, inquam, qui
tecum bellum gero, qui legem tuam rumpo,
qui iterum Filium tuum crucifigo, qui pacis
bonis, ad opes, ludos, libidines vi cogito; da
pacem cum hoste ☩ mundo; tuam tibi pacem
habero. Deus, quies vita nostra, da corporis
sanitatem, ut vires mihi sint ad deyciendos alios,
ad epularum assiduitatem, ad luxuriandi po-
tentiam: illa haestenus commisi; illa mihi in po-
sterum scopus sunt, ☩ vitae finis. Deus iudex
iuste, Deus odio habens iniustitiam ☩ dolum,
redde tribunalia ☩ processus; ut legibus contor-
tis proximum eueriam, munera ut captare, sen-
tentias vendere liceat. Deus omnium largitor,
diuus in omnes, redde veteres, da novas opes,

ut edes mihi splendeant, mensam dapes onerent,
 edendi, potandi, inebriandi, insultandi, luxuri-
 andi nullum adferatur obstaculum; inimicis
 tuis diuitias dedisti multas, mihi quoque dona,
 quamuis ad tuam contumeliam vsuro. Demus,
 cuius templum est domus orationis, redde Eccle-
 sias, census integros representa. Non ut in illis
 te orem, tibi psallam, sed ut in illis sericatus in-
 ambulem, cultui tuo, & sacrificijs vana colla-
 quia, risus immodestos, verba obscœna, tam-
 quam libamina admisceam, & faciam, ut nomē
 tuum blasphemetur, ut sacras opes, Filij tui pa-
 trimoniū pauperibus debitum in profanos vsus,
 luxumq; conuertam, ut multa sacerdotia con-
 geram, nec uno ritē fungar. Ista me fecisse non
 poenitet, & in futurum proximo non omissu-
 rum. Mibi enim meam voluntatem reseruo;
 mihi, non tibi obtemperaturus, mea non tua lege
 victurus. Nemo sic orat, &, si quis sic orat, ma-
 lē orat, ut in concupiscentijs insumat. Sibi veni-
 am petunt, ne bello vexentur, alijs ignoscere
 nesciant, quorum fortunes & vita insidiantur.
 Peruersa oratio, criminosa flagitatio, qua tamen
 in nullo auditur templo, quam lingua proferre
 trepidat; sonat tamen in auribus Dei scrutantis
 corda & renes. Quisquis enim fide orthodoxa
 instructus est, inimicū se Dei nouit, quā diu
 de pec-

de peccato praterito non conteritur, de futuro non concipit emendandi propositum. Inimicus Dei est, cui adheret vel in facto delicto complacentia, vel in presente voluptas, vel in futuro voluntas. Ille hunc in modum corde & cupiditatibus orat, inimicus Dei voluntarius, & bonitate Dei ad ipsius contumeliam abutens, non spoliatus, & exul, nec metu impendentium cladum mentem in scelera ardescens mutat. Quid talis aliud speret, quid expectet, nisi talionem? Quare & iste, & omnes, qui conspirant cum isto, sciant sibi dictum: *In qua mensura mensi fueritis, remerietur vobis.*

CAPVT XIV.

Alijs etiam profanorum hominum dictis, & exemplis, & quidem ob varia scelerum genera, demonstratur pœna talionis.

§. I.

Qui corpore peccant, merito etiam corpore luunt.

PLeraque, quæ modò attulimus, sacri scriptores de rebus sacris, tradiderunt, superest nunc, ut eandem talionis legem, etiam vel profano-

T 5

rum